

annuente, rationes pervenire non possunt. Et intellige quod
cum Deus solus fuisset, quatuor res creavit ignē, aërem, aquā
& terram. Ex qnib. iam creatis omnia creavit tam sublimium
quam rerum inferiorum eo quod prædestinavit, quod omnes
creaturæ ex radice extractæ aquâ multiplicantur, & augmen-
tantur ut inhabitent mundo, & sua in eis iudicia perficerent.

Ideoq; ante omnia quatuor creavit elementa, ex quib. postea
quæ voluit creavit diversas sc. creatureas. quarum quædā ex u-
no creavit. *Ait Turba.* quæ sunt illæ magister. *Et ille.* Sunt an-
geli. quæ ex iis nascuntur. *Fiat.* *Et* *Ex*

geli quos ex igne creavit. *Et Turba.* Ex quo ergò creata sunt duo, ex igne & aere, & sunt, sol, & luna, & stellæ. Ideo sūt angelī, sole, & luna, & stellis lucidiores eo quod ex uno singulare quod est quatuor rarius, & creati sunt. Sol verò & stellæ, ex ignis, & aeris compositæ creati sunt. *Inquit Turba,* Magister, & cæli creatio? *Et ille:* creavit Deus cœlum ex aqua &

ære, cœlum quoq; ex duobus est compositum. Ex altero rationem, scilicet aere. Et altero densorum scilicet aqua. *Et illi:* Magister perage dicta tua in tribus; & lætifica nostra pectora tuis dictis quæ vita sunt mortuis. *Et ille:* Notifico vobis

*tatus dictis quæ vita sunt mortuis. Et ille: Notinco vobis
creaturas, ex tribus Deum creasse elementis & et ex quatuor,
ex trib. enim creata sunt volatilia, & bruta animalia, ac vege-
bilia sc. ex aere, aqua, & terra, ex quib. quædam creata sunt,
ex aqua, aere, & terra, quædā vero ex igne, aere, & terra. Tur-
ba autē ait: Discerne hæc diversa ab invicem. Et ille. Bruta,
animalia, ex igne, aere & terra volatilia verò ex igne, aere, &
aqua, eo quod volatilia & omnia spiritum habentia in vege-
tatione.*

talib. ex aqua creata sunt omnia vero bruta animalia, ex terra & aere, & igne, vegetabilib. tamen nihil ignis in est ex terra namq;, & aqua, & aere, creata sunt. Turba autē ait. Salva ve- stra Reverentia diceremus vegetabilib. ignem inesse. Et ille: verum dixistis, dico vtiq; ignem inesse. Et illi: unde est ille i-

*gnis? Resp. Ex aeris calore in eo abscondito, quemadmodum
signavi tenuem ignem inesse aeri, ignis, autem de quo, dubi-
tatis, non sit nisi in spiritum & animam habentibus, ex qua-
tuor autem elementis. pater noster Adam, & filij eius scil. ex
igne & aere, & aqua similiter, & terra creati sunt intelligite o-*

...mnes sapientes, quod omne quod ex una Deus creavit essen-
tia, non moritur nisi usq; in diem iudicij. Mortis, enim defi-
nitio est, compositi disjunctio, incompositi autem nulla est
disjunctio, unum namq; est. Mors enim est animæ à corpore
separa^{tio}, ex duob. autem, vel tribus, vel quatuor unum quid-
quam compositū, separari necesse quod est mōs. Et scitote q;